



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXIII. De officio Thuriserarij in Missa solemni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

lum. In stando, & genuflectendo conformant se Choro, non tamen sedent ad Epistolam, etiam si Chorus sedeat. Regulariter tamen sedere non deberent praesertim si Celebrans sit Praelatus, ultimi autem sedere debent, & primi surgere.

§. 16. Monentur expressè Acolythi finitâ profanatione non deferenda esse candelabra cum cereis accensis ad Altare, quasi ea sufficiant sed accendenda alia in torticia siue maiores candelas easque sine candelabris tenendas.

§. 17. In defectu Ceremoniarum reponunt bireta Celebrantis & aliorum ministrorum extra Credentiam super aliquod scamnaria vel in alio loco decenti.

§. 18. Finito Euangelio à Diacono, Acolythi sine mora iterum imponunt candelabra Credentia.

§. 19. Ministrant Celebranti in lotionem manuum debitis cum osculis ampullæ & manucergij ante & post, sed stantes non vero genuflexi ministrant.

§. 20. Sabbato Sancto & Penthecostes, assistunt quidem ad euangelium, sed tantum iunctis manibus & similiter ad eam partem quæ habetur loco Euangelij, quando in maiori hebdomada cantantur passiones, hinc inde à lateribus Subdiaconi sine candelabris.

TITVLVS XXIII.

De officio Thuriferarij in Missa solemn.

*Compend.
Car cap. 20.
11179. 1.*

1. **A**duertat Thuriferarius quod in Missa solemn, nisi celebretur pro Defunctis, quater adhibetur incensum. Primò post *Confessionem* antequam dicatur *Introitus*, secundò ad *Euangelium*, terriò post *oblationem* panis & vini, quatiò ad *elevationem* SS. Sacramenti.

*Carem. Epis.
lib. 1. cap. 23.*

2. Materies, quæ adhibetur pro incenso vel solum, & purum, thus esse debet boni odoris; vel, si aliqua addantur, aduertatur, vt quantitas thuris longè superet.

3. Acolythus seruiens de thuribulo & nauicula, indutus erit habitu clericali & superpelli-

ce mundo, ac in tempore præuidebit, vt in
p mptu habeatur, vas cum prunis ardentibus,
Thuribulum cum Nauicula cui insit thus suffi-
ciens, & paruum Cochlear.

4. Celebrante induto omnibus sacerdotali-
bus indumentis in sacristia, ad eum accedit Thu-
rifetarius cum thuribulo & Nauicula, quam tra-
dit Diacono, & ipse sustentat ante Celebrantem
genus exus thuribulum, eo prorsus modo qui
describitur infra n. 6. ac postquam Celebrans im-
posuerit & benedixerit thus, Thuriferarius à
Diacono recipit Nauiculam, & statim facta Ce-
lebranti profunda inclinatione ante omnes alios
præcedit, portans thuribulum manu dextrâ, in
annulum quidem maiorem pollice immisso, an-
nulum verò catenæ mediæ, siue operculi, annu-
lari digito sustentans, & nauiculam, illius scilicet
pedem sinistra manu tenens ita, vt pars quæ a-
peritur, à parte exteriori sit, non autem pectus
respiciat.

Gauantus
part. 2. tit. 2.
n. 5. litt. 2.

5. Cum sic peruenerit ante Altare collocat
se ad latus Epistolæ, seu prope Credentiam ibi-
que expectat, donec Celebrans cum alijs facit re-
uerentiam Altari, quâ simul cum alijs facta, ibi-
dem dum à Celebrante fit confessio genuflectit
thuribulum leuiter mouens, ne ignis extingua-
tur.

Gauantus
ibidem lit. G.

6. Postquam Celebrans facta Confessione ad
Altare ascendit, Thuriferarius surgit & accen-
dens in cornu Epistolæ Diacono dat Nauiculam
thuris apertam sine osculis, & ascendens supre-
mum gradum Altaris Celebranti ministrando
thuribulum ad imponendum thus, sustentat an-
nulum maiorem thuribuli manu sinistra, & ele-
uato altero annulo operculi manu dextra, ea-
demque manu complectente catenulas circa me-
dium earum inter operculum, & thuribulum,

Gauantus
part. 2. tit. 4.
n. 4. litt. u.

tit. XXIII.

formant se Cho-
etiam si Chorus
n deberent præ-
ni autem sedere

hi finitâ præfa-
a cum cereis ac-
l accendenda a-
asque sine cano-

eponunt bireta
extra Creden-
lo loco decenti-
Acolythi sine
redentia.

tionem manuum
ut ergi ante &
nistrant

, assistunt qui-
tis manibus &
oco Euangelij,
atur passiones,
andelabris.

II.

solenni.

in Missa so-
functis, qua-

Confessionem

ad Euange-

ini, quatio

incenso vel

odoris; vel,

icitas thuris

lo & nau-

superpelli-

ce

flexoque quasi genu dextro, offeret thuribulum æqualiter ad nauiculæ altitudinem eleuatum, & celebranti.

*Cerem. Epif.
lib. 1. c. 23.*

7. Imposito, à Celebrante in thuribulum incenso recipit à Diacono Nauiculam, statimque summitatem Catenularum thuribuli ponet in dextram Diaconi, & easdem catenulas prope thuribulum in sinistram ipsius. Deinde retrahens se cum Nauicula extra cornu Epistolæ, ibidem expectat finem thurificationis Altaris, & dum Diaconus thurificat Celebrantem stat post eum, mox ab eo recepto sine osculis thuribulo, recedit ponens illa in Credentia.

*Gauantus
pari. 2. tit. 4.
num. 7.*

8. Finita incensatione poterit redire in sacrificiam, aut ad alium locum conuenientem, & præparare ignem pro thuribulo, quia non habet stabilem locum in Presbyterio; vel stat ad Credentiam, ubi se conformat Choro, stando, vel genuflectendo.

*Compen. Cer.
cap. 20.*

9. Circa finem *Alleluia Sequentia* aut *Tractus* cum Diaconus defert librum Euangeliorum ad Altare, Thuriferarius præmissa genuflexione iterum accedens cum thuribulo & nauicula; & posito per Diaconum libro in Altari, dabit illi nauiculam, & Celebranti ministrabit thuribulum vt supra: impositoque thure & recepta nauicula, expectabit sustinens illa, donec Diaconus acciperit benedictionem, & tunc facta cum alijs Altari genuflexione ibit ante Ceroferarios ad locum Euangelij: ibique stans post Diaconum tenet, adducit suaviter thuribulum, acque Diacono dicente *Initium* vel *sequentia sancti Euangelij* stans a sinistris Ceremoniarij offert eidem thuribulum, vel in defectu Ceremoniarij ipse Diacono, vt librum incenset, & thurificato libro illud recipiens leuiter agitabit, eleuata aliquantulum operculi catenula, ne ignis extinguatur, cumque

cumque proferuntur verba ad quæ est inclinandum aut genuflectendum, cum alijs inclinabit & genuflectit facie ad altare versâ.

10. Finito Evangelio revertitur eodem ordine antè cum alijs ad Altare, ubi rursus porriget thuribulum Cæremoniario aut Diacono & post thurificationem Celebrantis receptum loco congruo reponet, & statim ad Credentiam redit; in stando & genuflectendo se cum alijs accommodans.

*Compend.
Cærem. ibid.*

11. Post Offertorium, etiam in Missis Defunctorum, Thuriferarius ministrabit Naviculam & Thuribulum ordine & modo quo supra, & dum Celebrans incensat oblata & Altare, stat in plano ante infimum gradum à dextris Acolythi, aut si non adsit Assistens, vel Acolythi sunt impediti, ipse deposita navicula super Credentia amover de Altari librum, cum pulvinari & reponit, ne thurificationem impediatur.

*Castaldus
praxi. Cærem.
lib. 1. sect. 4.
n. 11. & seq.*

*Gavantus
part. 2. tit. 7.
num. 10.*

12. Postquam Diaconus thurificaverit Celebrantem, facta cum eodem in medio Altaris genuflectione ipsum discedentem ad alios thurificandum, præcedit cum navicula, ad imponendum thus in thuribulum cum deficiet. Dum autem Diaconus quemquam incensat stat à sinistris ipsius, & facit cum eo debitas reverentias.

*Gavantus
part. 2. tit. 7.
n. 10. litt. C.*

13. Incensato Choro, cum debitis reverentijs Diaconum præcedens, accedit ad Altare, ibique facta prius eidem genuflectione, stat à latere eius sinistro, donec Subdiaconus thurificetur, tum accipiens à Diacono thuribulum cum debitis inclinationibus antè, & post, thurificat illum duplici ductu; mox Acolythos apud Credentiam, aut in utroque latere Altaris stantes, vultoco ductu. Deinde potest (si adsint) Dominos locorum minorum, seu Magistratus quibus proprium scamnum seu sedes ab alijs distincta parari solet

*Gavantus
part. 2. tit. 7.
n. 10. litt. C.
& seq.*

ut. XXIII.
ret thuribulum
em elevarum,
thuribulum in
am, statimque
buli ponet in
alas prope thu-
de retrahens se
plæ, ibidem ex-
s, & dum Dia-
post eum, mox
lo, recedit po-
redire in sacri-
nientem, &
uia non habet
el stat ad Cre-
stando, vel
ia aut Tractus
angelorum ad
genuflectione
navicula; &
ti, dabit illi
thuribulum
epta navicula,
iaconus acci-
cum alijs Al-
rarios ad lo-
Diaconum re-
atque Diacon-
machi Evangelij
eidem thu-
arij ipse Dia-
cato libro il-
a aliquant-
extinguatur,
cumque

solet duplici vel vnico doctu thurificare. Vltim
incenset ter populum, primò in medio; deinde
versus latus Epistolæ quod est dextrum populi,
tertiò versus latus aliud, cum honoris significa-
tione antè & post adhibita. Stabit autem Thu-
riferarius incensans populum in medio Presby-
terij, vel ferè à latere Euangelij, si expositum est
in Altari SS. Sacramentum, ne eidem terga ver-
tat.

15. Denique accedens paulò ante eleuatio-
nem genuflexus à latere Epistolæ in infimo Al-
taris gradu, & immisso à se, vel ab alio thure in
thuribulum absque Benedictione cum eleuatur
sacra Hostia ter incensat eam, nimirum cum Ce-
lebrans eam adorat, cum eleuat, & cum deponit
ante, & post eleuationem profundè inclinans
quæ pariter præstat in eleuatione Calicis. Si au-
tem ibidem adsit Cæremoniarius vel Subdiaconus
ad id faciendum, tunc dabit illi thuribulum
vt thurificet, ipse Thuriferarius verò imponet
thus Thuribulo.

16. Reposito & adorato per Celebrantem
Calice surgens, factaque reuerentia genuflexio-
nis Sacramento in Altari, reponet thuribulum
cum nauicula, atque reuersus ad locum conforma-
bit se alijs quo ad stationem & genuflexionem.

ANNOTATIONES.

*Cærem. Episc.
lib. 1. cap. 11.*

§. 1. Minister Acolythus thuribulum & nauicu-
lam incensi ministraturus, debet ea eleuatis æquali-
ter manibus tenere; videlicet, thuribulum dexte-
râ, pollice in anulum maiorem immisso, altero verò
eiusdem manus digito minorem anulum catenulæ
eleuanti coopertorium thuribuli appositum reget, &
sustinebit; sinistra manu pedem nauiculæ cum incen-
so, & cochleari cautè gestabit, superpellicem super
brachia prius reflectens.

*Compen. Car.
c. 3. & 9.*

§. 2. Quando Thuriferarius nauiculam Assistenti
vel Diacono daturus erit, tenebit eam dextrâ manu.
scilicet

semiapertam & thuribulum sinistrâ: Cùm verò thuribulum dabit, tunc illud tenebit dextrâ, & nauiculam sinistrâ quanto autem thuribulum offeret Celebranti ad imponendum thus, tunc illud tenebit sinistra per annulum maiorem, & dextrâ operculum thuribuli per minorem annulum sursum trahet quando denique ipse metalios thurificabit, obseruabit, vt sinistrâ manu catenulas, quibus thuribulum sustinetur in eorum summitate tenens, & dextrâ easdem catenulas simul iunctas prope thuribulum, sinistram firmam stabilemque teneat, dextram vero manum ac brachium commodè ac tractim cum thuribulo versus personam thurificandam moueat, ita vt cum thuribulum ad se retrahit, illud sub brachio leuiter & competenti mora reducat, non personam aut caput mouens, dum thuribulum ducit & reducit.

§. 3. In vesperis & laudibus Thuriferarius in traditione & receptione tam Nauiculae & Cochlearis quam thuribuli obseruabit quae superius dicta sunt; atq; post thurificationem Altaris Celebrante thurificato recipit thuribulum & thurificabit omnes Canonicos ordine suo duplici ductu cum profunda inclinatione antè & post, deinde ceteros de Choro vnico ductu primo tantum in ordine capite inclinato.

§. 4. Cùm alicui traditurus est Nauiculam, tradit eam dextrâ; & regulariter eam sinistrâ recipit, modo alterâ sustineat Thuribulum.

§. 5. Si Thuriferarius teneat nauiculam sinistrâ, debet Thuribulum dextrâ tantum manu porrigere per catenularum summitatem, nimis enim incommodum esset illud ambabus manibus porrigere. At si ipse Thuriferarius immediatè porrigit Thuribulum in manus Celebrantis tradit illud eodem modo quo Diaconus ambabus manibus, videlicet dextra summitatem tenens, & sinistra catenularum extremitatem prope vas ipsius thuribuli modò nauiculam non teneat alterâ manu, osculatur verò illud tunc quando porrigit Celebranti non verò alijs, soli enim Celebranti debentur oscula.

§. 6. Aduertat quoque Thuriferarius vt non omnino genuflectat, dum Celebrans imponit thus, sed sit quasi flexo genu nisi ministret Episcopo, quia tunc genuflectit ei dum thus imponit in thuribulum.

§. 7. Item aduertat vt si benedicere debeat thus in thuribulo à Celebrante, Thuribulum illud non claudat.

rificare. Vltim
medio; de
extrum populi
notis significa
bit autem Thu
medio Presby
expositum est
dem terga ver-

ante eleuatio
in infimo Al
o alio thure in
cum eleuatur
irum cum Ce
cùm deponit
ndè inclinans
Calicis. Si au
vel Subdiacon
li thuribulum
verè imponet

Celebrantem
a genu flexio
t thuribulum
cū conforma
u flexionem.

m & nauicu
euatis aquali
bulum dexte
o, altero verò
lum catenula
itum regit, &
a cum incen
liceum super

am Assistenti
dextrâ manu
semia-

dat, quin prius Celebrans illud benedixerit, & idem
semper apertum illud tenere debet ante Celebrantem
donec benedixerit.

TITVLVS XXV.

De Thuriferarij officio in Defunctorum abso- lutione, & exequijs.

1. **I**N Missis Defunctorum Thuriferarius non
portat Thuribulum initio Missæ, sed primo
procedit suo ordine manibus iunctis, & nudo
capite.
2. Ad Confessionem genuflexus manet prope
Credientiam.
3. Ad Orationem seu plures, genuflectit sicut
Chorus. Si tamen desit Cæremoniarius minist-
trat librum Subdiacono, & eum comitatur ad
Epistolam, & eâ finitâ post genuflexionem il-
lum recipit, & ponit super Credentiam.
4. Si distribuendæ sint Candelæ, possit eas
distribuere in Choro nisi alius id efficiat. Non
procedit ad Euangelium cum alijs, nisi vices gerat
Cæremoniarij, quia tunc eos præcedit, & ac-
cepto in fine Euangelij cantati libro à Subdiacono
post factam genuflexionem, illum reponit
super Credentiam.
5. Ad oblata ministrat de more nauiculam &
Thuribulum, quod incensato Celebrante, reci-
pit.
6. Post dictum *Sanctus*, à Celebrante, por-
tans thuribulum & nauiculam ad Altare præce-
dens Acolythos de more funalia deferentes, ubi
cum eis genuflectit & accedit ad cornu Episto-
læ, ibique imposito thure in thuribulum idem
porri-